

» ratis in me vos<sup>1</sup>? » Quam locutionem ita nonnulli interpretati sunt, « Ne forte veniatis adversum me vos. » Sed hoc eum ne ab his interficeretur dixisse, illud indicat, quod in Regnorum libro scriptum est, jubente Salomone ut homo occideretur, et dicente: « Vade occurre illi<sup>2</sup>. » Quod ideo non intelligitur, quia non est consuetudinis apud nos ita dici. Sic enim quod militares potestates dicunt: « Vade, alleva illum, » et significat, occide illum, quis intelligat nisi qui illius locutionis consuetudinem novit? Solet et vulgo apud nos dici, « Compendiavit illi: » quod est, occidit illum. Et hoc nemo intelligit nisi qui audire consuevit. Hæc est enim vis generalis omnium locutionum, ut quemadmodum ipsæ linguae, non intelligentur, nisi audiendo vel legendo discantur.

<sup>1</sup> Judic. xv, 12. — <sup>2</sup> 3 Reg. ii, 29.

FINIS TOMI CENTESIMI DECIMI-TERTII.

## ANNOTATIONES.

ANNOTATIO (1) pag. 235.

Nunc tamen Exodi vi, 18, Caath centum-triginta-tres annos vixisse refertur, tum in Vulgata, tum apud LXX.

ANNOTATIO (2) pag. 264.

Scilicet in duodecim Tabulis, e quibus hæc ipsa lex profertur a Cicerone in Oratione pro Milone.

ANNOTATIO (3) pag. 268.

Accedit alia expositio in Quæstionum codice Corbeiensi ante annos circiter octingentos scripto reperta his verbis. « Et alijs sensus facilior: Non coques agnum in lacte matris suæ: Parvulos adhuc et lactentes, qualibus dicit Apostolus: Lac vobis potum dedi non escam, non mittes in præproperam passionem, tanquam Christo sit dictum, qui talibus adhuc Discipulis pepercit, pro quibus se offerens ait: Si ergo me quæreritis, sinite hos abire. Atque ut intelligeretur adhuc eos invalidos et minus idoneos fuisse passioni tanquam agnos in lacte matris, secutus ait Evangelista: Ut impleretur sermo quem

» dixerat : Quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam. Unde apparet eos, si tunc paterentur, fuisse perituros. Hoc enim tunc non passi sunt, quod postea passi sunt, non adhuc agni in lacte, sed jam arietes in grege. » Sunt et alia quædam ad hancce expositionem præmissa in eodem codice, sed omnia profecto e margine in contextum per amanuensem translata. Nam absunt prorsus a cæteris Quæstionum codicibus : extant vero in duobus nostris MSS. collectionis Æugypii, in uno quidem continua serie, at in altero cum ejuscemodi præmonitione : « Hinc jam ex alio opere S. Augustini quæ sequuntur adjecta sunt. » Itaque suspicamur Quæstionum exemplar illud, quo usus est scriptor codicis Corbeiensis primo laudati, habuisse ea quæ Eugypius abbas, ætate Augustino prope æqualis, sua manu annotaverat. Sic enim in primo lib. super Genes. quæst. cxvii, n. 3. ante illa verba, « Nulla tamen est facilior, etc. » descripsit ille in medio contextu, « ab hinc scribendum ; » quæ fuerat, uti opinamur, annotatio Eugypii præcipientis exscribi sequentia, quæ hodieque in ipsius collectione reperiuntur.

## ANNOTATIO (4) pag. 401.

Manuscripti habent : *Turpitudinem eorum* : Editi vero, *turpitudo enim eorum est*. Neutra lectio convenit cum Scripturæ textu, in quo post, *non revelabis*, proxime subsequitur, *mater tua est, non revelabis turpitudinem ejus*.

## INDEX

## TOMI CENTESIMI DECIMI-TERTII.

## LOCUTIONUM.

## LIBRI SEPTEM.

LIB. I. Locutiones de Genesi.	pag. 3
II. Locutiones de Exodo.	33
III. Locutiones de Levitico.	58
IV. Locutiodes de Numeris.	69
V. Locutiones de Deuteronomio.	86
VI. Locutiones de Jesu Nave.	98
VII. Locutiones de Judicibus.	103

## QUÆSTIONUM IN HEPTATEUCHUM.

## LIBRI SEPTEM.

LIB. I. Quæstiones in Genesim.	115
II. Quæstiones in Exodum, et in fine descriptio tabernaculi.	208
III. Quæstiones in Leviticum.	346
IV. Quæstiones in Numeros.	425
V. Quæstiones in Deuteronomium.	483
VI. Quæstiones in Josuë.	533
VII. Quæstiones in Judices.	564
Annotationes.	623

## EXPLICIT INDEX.

CAPILLA ALFONSINA  
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta  
antes de la última fecha abajo indi-  
cada.

BR65

A5

v. 6

1835-42

44662

**AUTOR**

AGUSTIN, SAN, Obispo de Hipona

TITULO

Sancti Aurelii Agustini...

CAPILLA ALFONSINA  
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta  
antes de la última fecha abajo indi-  
cada.

BR65  
A5  
v.6  
1835-42

44662

AUTOR

AGUSTIN, SAN, Obispo de Hipona

TITULO

Sancti Aurelii Agustini...

FECHA DE VENCIMIENTO NOMBRE DEL LECTOR

